

De entis Analogia

Libri

Primus

deus z creatura. substantia z accidens dicitur analogata non qz referuntur ad aliquod tertium. sed quia habent ordinem ad se invicem sicut creatura ad creatorem z accidens habet ordinem ad substantiam. qz dicitur septimo metaphysice. accidens non est ens. sed entis. Est etiam alia divisio qz aliqua analogia sumitur secundum genus cause materialis. sicut cur analogia entis ad substantiam z accidens. qz accidens habet ordinem ad substantiam secundum genus cause materialis. Tercia est analogia secundum genus cause finalis sicut analogia sunt. qz sanitas animalis est finis aliorum sanorum. sicut ipsius sani in vna z medicina. Et non sumitur aliqua analogia in genere cause formalis. qz quocumque convenit in aliquo formaliter sunt univoca z non equivocata. cum ergo analogia spectat ad equivocacionem. sic non potest aliqua analogia esse secundum genus cause formalis. Ex quo sequitur correlarie. qz si ens referatur ad deum z creaturas sic eius analogia est secundum genus cause efficientis z finalis. qz deus est causa efficiens z finalis creaturarum. Si vero referatur ad substantiam z accidens. sic analogia eius sumitur secundum genus cause materialis vel efficientis. Cuius ratio est. qz substantia comparatur ad accidens in ratione cause materialis. z etiam quandoque in ratione cause efficientis. quando scilicet accidens fluit ex principis substantie sicut proprietates seu accidentia propria. ut risibile inhumibile. Sed accidentia communia. sicut album z nigrum z similia non sequuntur aliqua determinata principia subiectorum suorum

Ad. Deus est substantia. ergo erit in predicamento substantie. Dicendum qz substantia accipitur tripliciter. vno modo prout dicitur a subsistendo. et sic deus maxime est substantia. quia sic substantia nullas imperfectionem dicit. Alio modo capitur substantia prout dicitur a substantiando accidentibus. z sic deus non potest dici substantia. quia deus non potest suscipere in se accidentia. cum omnia que sunt in deo sint essentialiter eadem cum ipso. sic enim substantia importat aliquam perfectionem. quia significat rem habentem possibilitates ad accidentia. Tercio modo potest dici a substantiando. ad est dando esse formale inferioribus. z sic deus iterum non est substantia. quia deus non substantiat formaliter sed efficienter. z sic substantia etiam importat aliquam imperfectionem. qz est pars definitiois

Arguitur. Deus est substantia in corpore. ergo est in predicamento substantie. Dicendum qz antecedens est falsum capiendum substantiam prout dicitur substantia a substantiando. Est si dicitur. deus est incorporeus. ergo est substantia. Probatur consequentia. quia cuiuscumque convenit illi convenit genus. Dicendum. cuiuscumque convenit differentia positiva illi convenit genus. sed hoc non oportet de differentia negativa siue negativa. nisi capiatur cum inclusione generis. quia non omne illud est animatum quod est insensibile. cum lapis sit insensibilis tamen non est animatus

Queritur. Utrum ens sit univocum ad substantiam z ad accidens. Dicendum qz non. quod probatur duabus rationibus. Prima est. quia tunc tamen unum esset predicamentum. scilicet entis. qz predicamenta sunt prima genera. sed tamen unum est primum genus. Secunda ratio stat in hoc. impossibile est univocam contenta sub univoco defini per se invicem. sicut homo

et asinus que sunt univocata animalis per se invicem defini non possunt nisi forsan in formis de predicamento ad aliquid. ubi vna species definitur per aliam. si ergo ens univocum ad substantiam z accidens. tunc substantia z accidens essent univocata absoluta entis. z sic non posset accidens defini per substantiam. quod est contra Aristotelem septimo metaphysice

Notandum. Quatuor sunt analogia entis. primo enim ens dicitur de his que habent perfectum esse sicut de substantia. et ergo substantia est primum analogatum entis. Secundo dicitur de his que habent debile esse. sicut accidentia. Tercio de his que habent esse privationi admittunt. sicut motus. Quarto dicitur ens de his que habent esse in ratione. z illa dicitur entia rationis. quia de eis intellexit aliquid affirmat vel negat. z sic dicit Aristoteles quarto metaphysice. qz non ens. id est negatio etiam potest dici ens. quia de non ente dicitur esse. scilicet compositionis rationis. dicendo non ens est non ens. Et ens primo modo dicitur substantia. Secundo modo dicitur passio vel proprietates substantie. Tercio modo dicitur processus ad substantiam. Quarto modo dicitur negatio substantie. Et sic patet qz omnia ista analogata habent ordinem ad unum quod est substantia. Et ex hoc possunt multe questiones solvi. Si enim queratur an privatio sit ens. an materia prima sit ens ens etc. Dicitur qz si ens capiatur secundum primam eius significationem. tunc nullum illorum est ens. sed quando accipitur ens secundum duas ultimas acceptiones. sic privatio est ens

Arguitur. Omnis multitudo reducitur ad unitatem. sed partes entis faciunt quandam multitudinem. ergo debent reduci ad aliquod unum. quod est ens. z sic ens erit univocum. Dicendum qz ista propositio. omnis multitudo reducitur ad unitatem. potest dupliciter intelligi. vno modo qz omnia reducuntur ad unitatem quasi fiant hoc unum ad quod reducitur. z sic est falsum. quia creatura nunquam fuit creator. Alio modo intelligitur qz omnis multitudo reducatur ad unitatem. quia omnia habent ordinem ad unum. et sic multitudo creaturarum habet ordinem ad unum scilicet ad deum. similiter etiam equivocata entis alia a substantia habent ordinem ad unum quod est substantia

Arguitur. Illud quod predicatur vno nomine z vna ratione hoc est univocum. sed ens predicatur de substantia z accidente vno nomine z vna ratione. ergo univocum. Quod probatur. quia habere esse est definitio entis. que predicatur de substantia z accidente. Dicitur est dupliciter. primo qz habere esse non potest esse definitio entis secundum quod dicitur de substantia z accidente. quia definitio debet esse essentialis. sed habere esse accidit omni substantie create z omni enti creato. est enim solus deus ens per essentialitatem. Secundo dicendum qz habere esse etiam dicitur analogice de substantia et accidente. quia habere esse convenit proprie. et per se substantie. sed convenit accipere per alterum. sicut dicitur primo metaphysice. Et sic nos ter intellectus non potest concipere aliquam naturam equaliter participatam preuenientem substantiam z accidens. quod tamen requiritur ad univocam predicationem